

Lettera di Carlo I d'Angiò

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Lettera di Carlo I d'Angiò

1278

Carolus Dei gratia rex Hierusalem, et Sicilie

per Secretos Calabrie et pro parte Henrici Ruffi de Calabrie militis fidelis nostris, nobis fuit humiliter supplicatum ut ipse et praedecessores sui quoddam feudum quod dicitur de Malatino in capite a Curia nostra tenetur et possedit in terra Squillacii, et tenimento suo requisitus per Ioannes de Monteforte Comitem eiusdem terre Squillacii prestare ei fidelitatis et homagii iuramentum pro feudo supradicto quia noluit, cum illud prestare non potuerit sine celsitudinis nostrae mandato, dictus Ioannes eundem Henricum destituit possessione dicti feudi iuris ordine non servato, ac demum predictum feudum cum predicta terra Squillacii fuisse ad manus nostre Curie devolutum restituendo ei dictum feudum de benignitate regia mandavimus tam petitionibus iustis utpote annuentes fidelitati tue praecipiendo mandamus quatenus iusta et alia causa rationabili non subesse predictum feudum eidem Henrico vel procuratore suo pro eo, presentes litteras assignes, restitues et resignes. Itaque non cogatur super hoc iterare querelam. Datum apud Lacum Pinsilum etc.. Nos vero volentes prescriptum Sacrum Regium mandatum debite exequutioni mandari, quia alias Regiis Secretiis praescripti in exequutione ipsius mandati requivimus personaliter interesse de contentis in eisdem mandati inquisitione factam pro parte et vece nostra prudenti viro Bartholomeo de Ayello de Rocca Nicefori duximus per nostras litteras commitendi qui predictus Bartholomeus accersitis coram sui praesentiam Ioanne Sansoni Iudice Terre Squillaci, et infrascriptis viris probis ac fidedignis de eadem terra et recepto [***] eorum de veritate deinde corporali, et debito iuramento de contentis in dicta

inquisitione diligentissime fecit, et ipsam redactam in publicam formam nobis in Regia Curia praesentavit. Cuius inquisitionis forma per omnia talis erat. In primis Thomas de Patiano iuratus testis si sciret quod Dominus Henricus Ruffus de Calabria, et predecessores sui in Terra Squillaci, et tenementis suis quoddam feudum quod dicitur de Malatinis in capite a Regia Curia tenuerint, et possiderint dixit, quod sic de causa scientie, dixit interfuit, et vidit tam predecessores dicti Domini Henrici quam ipsum Dominum Henricum per plures annos tenere et possidere predictum feudum, et quod de eo in capite Regiae Curiae reperitur, interrogatus de loco dixit in terra Squillaci et tenimento suo, interrogatus de tempore dixit ab annis viginti infra, item interrogatus si sciret quod magistri viri dominus Ioannes de Monteforte Comes eiusdem Terre Squillaci requisivit predictum dominum Henricum ad praestandum ei fidelitatis, et homagii iuramentum pro feudo predicto, et quia noluit sacramento fidelitatis, et homagii ei pro feudo predicto prestare sine mandato Regio. Praedictus Dominus Comes eundem Dominum Henricum a possessione dicti feudi deiecit iuris ordine non servato dixit, quod interrogatus de causa scientie dixit quod interfuit et vidit predictum Dominus Ioannem, comitem Squillacii requirente, et petente ab eodem domino Henrico prestare ei fidelitatis, et homagii iurandum pro feudo predicto, et quia ei praestare noluit huiusmodi iuramentum sine mandato Regie Curie idem dominum Comes deiecit predictum dominum Henricum a possessione feudi predicti iuris ordine non servato. Item interrogatus de loco dixit in Terra Squillacii, interrogatus de tempore dixit quod id sunt anni elapsi sex. Interrogatus item si aliqua alia rationabilis causa induxit predictus dominus Ioannes de Monteforte comes

Squillacii quondam dominum Henricum feudo predicto destituere dixit, se nihil alienum scire. Basili Pedigo iuravit et interrogatus super premissis omnibus dixit per omnia, ut Matheus de Panormo proximus testis; Robertus Tigani iuratus et interrogatus super predictis omnibus dixit per omnia, ut Basilius Pedigo proximus testis; Precarius de Venetia iuratus et interrogatus super premissis dixit per omnia, ut Robertus Tiganus; Robertus de Curteregia iuratus et interrogatus super premissis omnibus dixit per omnia, ut pro primus testis; Phisicus de Curteregia iuratus et interrogatus super premissis omnibus dixit per omnibus ut Basilius Pedigo; Ioannes Buca iuratus et interrogatus super premissis dixit per omnia, ut Robertus de Curteregia; Robertus de Gattarellis iuratus et interrogatus super premissis dixit per omnia, ut Ioannes Buca; Riccardi de Prelioregio iuratus et interrogatus super premissis dixit ut Phisicus de Curteregia; Robertus Sullianus iuratus et interrogatus super premissis dixit se nihil in ea scire; Ansaldus Batulus interrogatus et iuratus super premissis dixit se hoc scire ex auditu; Riccardus Lamardo iuratus et interrogatus super premissis dixit per omnia ut Ioannes Buca; Nicolaus Caranus iuratus et interrogatus super premissis dixit se nihil in ea scire; Guglielmis de Siraculis iuratus et interrogatus super premissis dixit se scire de auditu; Ioannes Scano iuratus et interrogatus super premissis dixit per omnium ut Phisicus de Curteregia; Thomas Buca iuratus et interrogatus super premissis dixit per omnium ut Ioannes Buca; Nicolaus Musca iuratus et interrogatus super premissis dixit se nihil in ea scire; Ioannes Gattus iuratus et interrogatus super predictis dixit se nihil in ea scire, Salvus Speciali iuratus et interrogatus super

predictis dixit se nihil ea scire; Donadeus de Pane iuratus et interrogatus super premissis dixit per omnia, ut Riccardus de Prelioregio; Leonus de Lamberto iuratus et interrogatus super premissis dixit per omnia ut Donadeus Papaneus; Papaleon Thontangus iuratus et interrogatus super premissis dixit per omnia ut Leon de Lamberto proximus testis; Donadeus Cardea iuratus et interrogatus super premissis dixit per omnia ut Ioannes Cond.; Leo Cond. iuratus et interrogatus super premissis dixit per omnia ut Donadeus Cardea proximus testis; Leo Columba iuratus et interrogatus super premissis dixit per omnia ut Leo Cond.; Mattheus Musca iuratus et interrogatus super premissis dixit per omnia ut Ansaldus Rombulus

Gratianus Tuscanus iuratus et interrogatus super predictis dixisse nihil in ea scire Mattheus Mizza iuratus et interrogatus super premissis dixit se nihil in ea scire quia vero per predictam inquisitione notis plane constat quod ipse dominus Henricus et predecessores suis predictum feudum de Malatino in capite in terra Squillacii, et tenimento suo tenuerint et possiderint a Curia Regia et quia idem Dominus Henricus prestare noluit pro ipso feudo Domine Ioannes de Monteforte Comiti Squillacii fidelitatis et homagii iuramentum, et idem Dominum Ioannem dictum Dominum Henricum destituit possessionem feudi predicti iuris ordine non servati ac demum predictus feudum cum dicta Terra Squillacii fuit ad manus Curie devoluta neque aliquam rationabile causam vidimus que Regie Curie competit pro feudo supradicto, praedictum feudum de MalatinoMalatino eidem domino Henrico restituimus et resignamus iuxta continentia mandati regii nobis

propterea destinati iudices, notarii et subscriptorum
testium subscriptionibus roborata